



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Simon Tridentin. M. 24. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

art.
is,
um
rn.

am
de
o.
x.
n.
m
a
e
r
od
re
n.
d.
x.
t
1
s
z
s
-
:
24. Mart. VITÆ SANCTORUM. 197
rant: vulnera ab hostili manu nulla, ho-
nestissima à suâ manu tulit. Ita sese sub-
jugato, Arianensium quoque supersticio-
nem aggressus expugnare, effecit, ut qui
ad id tempus Jani bifrontis imaginem,
quà publicis, quà privatis ædificiis præfi-
gebant, Christiani Christum potius præ-
se ferrent, quām Deos ridiculos. Iis-
dem imminentem ob scelera non modò
ab Agarenis, sed Christianis etiam vasti-
tatem, & ruinam prædictis; cui tamen
ipse morte subduxit sese. Ex Ferrar.

*Quæ nos agit vesania vitiorum? sitire
absynthium, hujus mundi sequi naufra-
gium, vita labentis pati infortunium, im-
piæ Tyrannidis ferre dominium, & non
magis convolare ad Sanctorum felicitatem
& ad Angelorum societatem?* S. Bern. in
Medit.

S. SIMON TRIDENTIN. M. 24. Martij.

ITerum hodie impietas odiis suis san-
guine innocentilitavit, & cùm Christi
non potuit amplius, Christiani certè
sanguinem fudit crudelis. Tridentum
tragœdiam spectavit. Egere Iudæi, &
principem Christi personam S I M O N su-
stinxit, puerulus vix dum menses viginti
novem natus. Matres omnes Tridenti-
næ illacrymarunt. Porro nomina præci-
puorum carnificum sunt Moyses, Sa-
muël, & Tobias, sancta nomina, sed

N 3

im-

198 VITÆ SANCTORUM. 24. Mart.
improbissimi homines. Ex his Tobias,
fortè lusitabundum ad ædes paternas S-
I M O N E M , & blanditiis captum pullum
in domum Samuëlis nequam vultur af-
portavit. Tum verò convolavit cum Moy-
se reliquum corvorum agmen: uvæ, po-
ma, & id genus illecebræ primò objecta
lacrymanti. Tum denudatum corpuscul-
lum & injectum, quod vagitum strangu-
laret, collo strophium. Mox sceleris au-
tor Moyses è genis particulam carnis
forficibus princeps aufert, inde alii atque
alii succedunt. Idem in dextrâ tibiâ fa-
ctitatum. Tum denique in formam Cru-
cis extensa victima omnium stilis ac cul-
tris præda cessit, & sanguis sitim cruent-
am restincturus craterē exceptus est.
Horam carnificina durarat, cùm S I M O N
è manibus tortorum in cœlos evasit. Ho-
die meritò illi plaudit juventus, ut qui
maxima patientem Christum tantillus
nobis retulit. *Ex Ioan. Matth. Tiber.*

Sit tibi J e s u s semper in corde, &
*nunquam imago Crucifixi ab animo tuo re-
cedat: hic tibi sit cibus & potus, dulcedo
& consolatio tua, mel tuum, desiderium
tuum; lectio tua & meditatio tua; vita,
& mors, & resurrectio tua. S. Bern. in
Form. Vit.*

A N-